



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

De non eligendo sacerdote a laicis per castella & pagos sine auctoritate  
chorepiscopi; nec abbe per monasteria; & de non praecipiendo, vt  
aliquis eligatur post mortem suam; & quando hoc liceat ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

tius mouendi sunt gradu suo qui hoc commis-  
rint, & non est admittenda eorum excusatio. Et  
hic Canon caret excommunicatione.

Differt hic Canon a superiore 13. quod ille prohibet, ne quis pa-  
tiatur eligi se ab ecclesia, acquiescens electioni, ut ecclesia sua reli-  
eta, in qua ordinatus est, ad illam a qua electus est, transeat; & ne  
det operam, ut ab eo in cuius potestate est, transferatur. hic vero  
prohibet simpliciter, ne quis sua voluntate a sua ecclesia ad aliam,  
qua ei magis placet, transeat.

*De non eligendo sacerdote a laicis per castella & pagos sine auctoritate  
chorepiscopi; nec abate per monasteria; & de non præcipiendo, ut ali-  
quis eligatur post mortem suam; & quando hoc liceat superiori.*

### C A P V T L X X I I .

Vt non audeant laici qui sunt in pagis, eligere  
sibi sacerdotem, neque monachi superiorem, sine  
auctoritate chorepiscopi. Quod si aliquis superior  
dum viuit, præcipiat vt aliquis post mortem suam  
loco suo succedat, non succedet iste, si sit na-  
tionis suæ, aut consanguineus; succedet tamen si sit  
quispiam ex filiis prædecessoris, propter utilitatem,  
probitatem, sanctitatem, continentiam, & timo-  
rem Dei, vt omnes sint mundi a vitiis. Et hic Ca-  
non caret excommunicatione.

Differt hic Canon a superiore 49. quod ille prohibet ne episcopus  
dum viuit, eligat successorem; hic prohibet ne designet qui eligatur  
post mortem, si consanguineus aut nationis suæ sit, ne fuscio esse  
possit, quod affectioni hoc tribuat, & non meritis.

*De habitatione sororum, viduarum, & diaconissarum in monasterio  
retinenda, & de ratione docendi eas, & de electione  
diaconissarum, & officio atque usu earum.*

### C A P V T L X X I V .

Vt monasteria non relinquuntur sine sororibus,  
inter quas erunt mulieres viduae; & constituatur il-  
lis probus magister, qui doceat eas legere libros  
& psal-